



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 48. S. Augustini initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

pem locum obtinet. Tandem S. Ambro- Sæculum IV.
sio, & Episcopis Catholicis quiescere da- A. C. 386.
tum.

§. XLVIII.

S. Augustini initia.

Cum hæc fierent, a duobus jam annis
S. Augustinus Mediolani agebat, mi-
raculorum, de quibus diximus, & forti-
tudinis, qua S. Ambrosius pro fide decer-
tabat, testis. Is haud diu post hæc fidem
suscepit. Natus erat in Africa 13. Nov.
anno 354. Tagaste, urbe Episcopali in
Numidia, Parentibus Christianis, & con-
ditionis honestæ; Patris nomen Patri-
cius, Matris vero Monica erat. Prima v. Pagi an.
eorum cura fuit, ut filius humanis litte- 377. n. 3.
ris imbueretur; omnes enim in eo præ- Possid. vit.
cellens ingenium, & miram capiendis c. I.
scientiis docilitatem suspiciebant. In Conf. l. I.
morbum lapsus adhuc puer, & in discri- c. II.
men vitæ adductus, baptizari petiit, cum
jam antea inter Catechumenos per sig-
num crucis, & salem fuisset suscep-
tus. Perterrita Mater omnia ad filii Baptis-
mum disponebat; sed, puero subito me-
lius habente, dilatus est baptismus. Pri-
mum Madauræ Grammaticæ operam de- II. Conf.
dit, & Rheticæ usque ad annum æta- c. III.
tis decimum sextum, quo eum Parens
Tagasten revocatum, ibi per annum de-
tinuit, ut necessaria pararet, & anno se-
quenti

Sæculum IV. quenti Carthaginem mitteret, coronidem
A. C. 386. studiis impositurum, nam filii sui indo-

lem scientiis exornandi ingens desiderium
impellebat Patrem, ut sumptus expende-
ret, suis facultatibus maiores. Illa Taga-
stensi commemoratione juvenis Augustinus,

spretis piæ Matris consiliis, illicitis amo-

ribus abripitur; hi fructus otii, & Patris,

necdum baptizati, nimiæ conniventiaæ

III. Conf. fuere; Pater vero ejus ante obitum suum,

c. I.

qui haud multo post hæc secutus est,
Baptismum accepit. Augustinus Car-
thaginem delatus, magis, magisque mu-

lierum lenociniis capiebatur, theatrorum

specaculis libidinem foventibus. Ni-

VIII. c. 7. hilominus a Deo castitatem petebat, sed

cito exaudiri noluisset. Interim insigni
successu studiis incumbebat, quæ se ad
munia publica, & Magistratum deduce-
rent, nam ad ea tunc temporis eloquen-

tia viam aperiebat. Inter Ciceronis ope-

ra, quibus vacabat, Hortensium legit,

hodie non amplius exstantem, eratque
exhortatio ad Philosophiam. Animum
juvenis tetigit illa lectio, cœpitque, an-

nos natus novemdecim, vanas hujus

Mundi spes contemnere, atque Sapien-

tiam, & bona immortalia desiderare.

Hic primus conversionis motus fuit.

§. XLIX.